Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26831
Copyright: Admont, Benediktinerstift



Quomodo ergo commendauit corpus uestra ascensuro? Cum interrogassent illum discipuli: domine si in tempore hoc presentaberis. et quando regnum israel restituis? Nonne uos non scire tempora quae pater posuit in sua potestate. sed accipietis uirtutem spiritus sancti superuenientis in uos. et eritis mihi testes. Videte ubi diffundat corpus suum. uidete ubi se calcari non uult. Eritis mihi testes in hierusalem. et in tota iudea. et samaria. et in tota terra. Ecce quia ceo. quia ascendo. Ascendo enim qua caput suum. iacet adhuc corpus meum. qua iacet prostrata terra. Caue ne pereuias. caue ne uiolesis. caue ne calcesis. Nouissima uba xpi sunt ista tuum in celum. Considerate in lecto languentem hominem in domo sua iacentem. et macerationem egritudine. premi morti anhelantem. ita anima quodam uinculo dentes habentem. quod forte solluere de aliquo re cara sit. quam multum diligit. uenat sibi in mente ut uocet heredes suos et dicat. facite hoc teneat quodam uiolentem animam. ne ante eueat quam ista uba finiantur. cum illa nouissima uba dictauerit. efflat animam. tollite cadauer in sepulchrum. Heredes ipsi quomodo meminerit nouissima uba morientis.

Quomodo. Si quis existat qui dicat eis nolite facere. quid illi dicant. Ergo non facio quod mihi pater mis efflans animam nouissime mandauit. quod ultimum sonuit in aures meas proficiscente hinc patre meo. Quae uis alia uba ipsi alter habere possum. nouissima uba plus me tenent. non eum uidi amplius non audiui loquentem. fris cognate uiscerib xpianus. Si heredib tas dulcia. tam grata. tam magni ponderis. uba tuum in sepulchrum. heredib xpi qualia debent esse uerba nouissima non redituri in sepulchrum. si ascenturi in celum. Nam quis ille quisit. mortuus est. rapitur ad alia loca anima ipsius. corpus ipsius ponitur in terra. an fiant uerba illa an non fiant. non ad eum pertinet. tam aliud agit aliud patitur. aut in sinu abrahae gaudet. aut in igne eterno aque modicum desiderat. In sepulchro autem ipsius iacet cadauer. sine sensu. Custodiunt uba nouissima morientis. Quid sibi sperant illi qui uba nouissima sedentis in celo non custodiunt. uidente desup an et tempnat an non contempnat ille quid dicit. saule saule quid me persequeris. quid seruat ad iudicium quod uidet pati membra sua. Et quid nos fecimus inquiunt. Nos sumus passi persecutionem. non fecimus. Vos fecistis omiseri[illegible] primo. quia diuisistis ecclam. Maior est machera lingue. quam ferri. Superba fuit ancilla sare agar. et afflicta est a domina sua. propter superbiam. Disciplina erat illa non pena. adhuc cum recessisset a domina sua. quid ei dixit angelus. Reuertere ad dominam tuam. Sic quoque carnalis anima tamquam ancilla superba. si forte aliquis molestias passa est propter disciplinam. quid insanis. Redi ad dominam tuam. tene dominicam pacem. Ecce preferunt euangelia. legimus qua diffundit ecclam. Disputat extra. Iudi nobis. Traditor est. Cui rei traditor est. Xpo commendat ecclam suam et non creatis. ego et credetur sum maledicenti parentib meis. Vis ut credam et de traditoribus. Crede tu prius xpo. Quid est dignum. Xpo dis est. tu homo es.